Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XII. De directa epistola ad vrbem Ierusalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

Visual Library

ANNO CHRISTI 433.

loco erant, gaudio litanias faciebant: plus enim gaudio plorabant omnes.

CAPVT XII.

Et direxit epiſtolam hanc ad vrbem Ieruſalem. Beatiſſimo Polychronio epiſcopo & coepiſcopus Sixtus epiſcopus vrbis Romæ & vniuerſa Synodus clerusque omnis & Auguſtus. Releuationis tuæ officia & munimen ruinæ non obliuiſcar pati, quam redii ad vxorem, ſupra quam tentabas adulterare. Non enim viduetur vxor caſta, nec vir prudens non maculetur pecuniæ, non ſcorti conſilio, quam templum, quod deiecerat Euphemius, per te Polychroni ædificetur: redi ad vxorem ſine macula, & cuſtodi dicta apoſtolica. Ora pro vrbe Roma. Actum eſt autem Valentiniano ſeptimo & Abieno. Dum introiſſent hi octo in Ieruſalem, decimo Kalendas Aprilis, & reuocauerunt Polychronium epiſcopum in vrbem Ieruſalem cum magno honore, & ſedit in eadem annis ſeptem & menſes ſex, & requieuit in pace.

litanias faciebant. Plus enim ex gaudio plorabant omnes.

CAP. XII.

Et direxit epiſtolam hanc ad vrbem Ieruſalem. Beatiſſimo Polychronio epiſcopo & coepiſcopus Sixtus epiſcopus vrbis Romanæ & vniuerſa Synodus, cleruſq; omnis & Auguſtus. Reuelationis tuæ officia & munimen ruinæ non obliuiſcar pati. Quoniam redi ad vxorem, ſuper qua tentabas adulterari. Non enim viduetur vxor caſta, nec vir prudens, non maculetur pecuniæ, non ſcorti conſilium, quoniam templum quod deiecerat Euphemius, pro te Polychroni ædificetur. Redi ad vxorem ſiue ſine macula, & cuſtodi dicta apoſtolica, & ora pro vrbe Romana. Actum autem Valentiniano ſeptimo & Auieno conſulibus, dum introiſſent hi octo in Ieruſalem, decimo Kalendas Aprilis. Et reuocauerunt Polychronium epiſcopum in vrbem Ieruſalem cum magno honore. Et ſedit eamdem annis ſeptem, & menſes ſex. Et requieuit in pace.

Hi conſules referuntur ab omnibus in annum D. 450. qui fuit decimus a Sixti morte.